



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Perfectionem non esse sitam in gratiis gratis datis. Cap. iv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

2. Corint.
11.

succidere : siquidem illi non deerat, cuius instantia quotidiana, sollicitudo omniam Ecclesiarum.] Homines in rebus terrenis admodum occupati, & perpetuo obsequio principi, aut regum addiciti, ut illi, qui à secretis sunt, qui nec ad momentum possunt à præsentia dominorum abesse, si amente, oportunum tempus querunt, ut amatam videant, & alloquatur, & cupitis potiuntur amplexibus : querunt, nec suo desiderio frustratur, quia efficaciter inueniunt. Ama igitur, & tu Dominum Deū tuū, rerūque cælestiū desideria concipe, & ipse amor te occupatissimum, & curis exterioribus onustissimum edocebit, quomodo opportunitatem orationis captes, & ei quem vnicè diligis, lantibus amplexibus dilectionis, iugaris.

Nec tandem te mentis ariditat, affectuum naturalium impetu, aut tentationum molestia, defendas; quia hæc, si incident, nec veram virtutē tollunt, nec viam perfectionis recurrentem impediunt. Si enim dulces lacrymarū fontes exsiccari sunt, si cælestes cōsolations abierunt, si calitus de misa intelligentia lux, & cordis tranquillitas, lētitiaque fugerunt; at perseverantia non fugiat, cognitione propriæ indignitatis non abeat, mentis cōpunctione, exterior culparum confessio, & solidarum virtutum seruor, non intepescat, quæ sine consolationū abundantia, imò & cum desolationū copia poterunt nos ad saluatorem nostrum ducere, atq; ad culmen perfectionis prouechere. Non te oportet, o homo, ut perfectionē assequaris (verbis Bernardi vtor) maria transfretare, non perficiare nubes, non transalpinare necesse est. Non grandis, inquam, tibi ostenditur via, vtque ad temeritatem occurre Deo tuo: Prope est enim verbū in ore tuo, & in corde tuo, vtque ad cordis compunctionem, & oris cōfessionē, occurre, ut saltēm ex eas de sterquilino miseræ conscientiæ, quoniam indignum est, illuc auctōrē puritatis intrare.] Brevis sane vita est, quæ duobus passibus, compunctione, & humilitate conficitur, quæ sine multis consolationibus peragens, aliquando cupitam perfectionem apprehendes. Si autem affectus indomiti animum turbant, & ab officio charitatis avocant, moderetur eos bona voluntas, mortificationis exercitatio, comprimat, & Domini sanctus timor coercet; ita fieri, ut sint nō fomenta iniquitatis, sed adiumenta virtutis.

1. Reg. 27.

2. Paral.
15.

David gladio Goliath sibi in mortem præparato, inuestissimum hostem occidit, ita & tu macrone affectus indomit, in communem aduersariū contueris, caput eius amputa, & trispum ab imminentī discrimine libera. Tunc vero gladium in aduersarium cōuertis, cum effrænem passionem, aut cupiditatem, aut iræ colibes, & illam cohibendo Dæmonem te volente ferire, eodem gladio mortificare passionis percutis. At rex Asa tibi etiam offerit, ex immoderatis affectibus proficiendi documentū, qui vniuerso Iuda congregato, tulit lapides, & ligna Rama ciuitatis aduersa, & ex eis adificauit Gabaa, & Maspha, rives ditionis suæ, quæ sibi obtéperarent, atque vctigalia persoluerent. Quid námq; est, lapides, & ligna Baasa tollere, quibus Rama rvs exaltata & rebellis extruit, nisi affectus nostros vitiis, ac peccatis seruientes & ad gehennā adificantes, in nostrā potestatē mortificatione, ac in nostrum dominū redigere? Et quid est, his affectibus Gabaa & Maspha, id est, collem, & speluncā adificare, nisi quod hi affectus coerciti, & ad moderationem redacti, altitudinem perfectionis faciunt, & vera virtutis extirpationi deseruent? Nemo igitur de suis affectibus conqueratur, quos si coerceat, magni meriti, & insignis cuiusdam virtutis subsidia atque adiumenta experietur. Idem quoque de temptationibus esto iudicū, quibus Dominus

A) nos molestari permittit, non ut abiiciat, sed ut spiritualem Israelem erudit, & adeptā p̄taliā confitudine ad charitatis perfectionem promoueat. P̄clarè enim, & sapienter scriptum est à Laurentio Justiniano. Vehementer excitat ad p̄fectum charitatis tentatio. Electorum namque desideria deprimuntur aduersitate, ut proficiant, sicut ignis flatu premiatur, ut crescat, & vnde, quasi extingui creditur, inde roboratur, sic nimurū, cūm per temptationem humilitas in anima proficit, prospera est ipsa aduersitas, quæ mentem, & charitatem accendit, & ab elatione custodit.] Si itaque tentationes humilitatem custodiunt, virtutes adaugent, & charitatem, hoc est, perfectionem ipsam multiplicant, non est cū tentationibus, o frater, tuas imperfectiones excuses, sed potius tua ignauia in pugnando, & inertia in p̄taliando, cūm hostibus tribuas. Liqueat ergo perfectionem omnibus hominibus, & secularibus, quām religiosis esse possibilem, nullumq; esse impedimentū, quod nos volentes ad veram virtutē currere, accepto cursu detineat. Nam mandatum hoc, o homo, dicit Dominus, quod ego p̄cipio tibi hodie (& quidem mandatum dilectionis, id est, perfectionis est) non suprāte est, neque procul possum nec in cælo situm, vt possis dicere, Quis nostrum valet ad cælum ascēdere, ut deferat illud ad nos, & audiamus, atq; opere compleamus? Neque trans mare possum, ut canseatis & dicas: Quis ex nobis poterit transfrētare māre, & illud ad nos vñque deferre, ut possimus audire, & facere, quod praeceptum est. Sed iuxta te est seismo valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud.] Quid nobis facilius illo opere, quod in corde nostro (si volumus) habemus reconditum, hoc est, in nostra voluntate collocatum? Iam ergo, quid sit illud in quo perfectione consistat, tam vniuersis facile, tam in potestate omnium constitutum, non tamen sine Dei gratia, quæ nulli non p̄stō est, dilacide ac sigillatim exquiramus.

Iudic. 3.

Iust. in li-
gno vita
irat. de
charit.c.
14.

Deut. 30.

B) C) D)

Perfectionem non esse sitam in gratis
dati gratiis.

C A P V T I I I I .

 APIENTIBVS, & insipientibus debitor sū] (inquit vas electionis Paulus) hac breui, sed utilissima letetia denotat, veritatis magistros, ita debere sermones rerum spiritualium interpretes attemperare, ut non solis sapientibus, & peritis seruant, sed etiam insipientibus, & imperitis proficiat. Hi enim instructione indigent, quæ intellectum illuſtrant, illi autem, non tam instructione, quām persuasione opus habent, que voluntatem inflammet. Quare ita Doctoris oratio paranda est, ut & insipientes illuminet, & sapientes doctrina illuminatos, ad virtutis amorem alliciat. Quod secundum Gregorium Sapiens prædicatores admonuit, dicēs. Deriuuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuidi. Fones enim foras prædicator deriuat, cū exterius aliis virtutem prædicationis infundit, & aquas in plateis diuidit, cū in auditorum frequentia pro vniuersiuisque qualitate, diuina eloquia dispensat. Nos ergo, qui magistri perfectionis officiū, licet indigne, suscepim, ita opus istud elaborate connamur, ut pro tenacitate nostra omnibus legentibus, siue illi ignorantes sint, siue scientia mysteriorum cœlestium instructi, vtile, ac fructuolum existat.

rom. 1.

Prov. 5.

Greg. 3. p.
p. 3. ad
monit. 25.

Qua

Quamobrem intentionis nostra est, aliqua verè magna sed oculis vulgarium hominum, plusquam expedit, illuſtria & splēdida, à nomine perfectionis reificere, ut ipiſ ſciant dona Dei iuxta cuiusque natūram ac p̄fendantiam aſtimare, & maiorem p̄fendantiam, minorem verò minori locum in ſuo corde tribuere. Et ſicut Philosophi atque Theologī natūram beatitudinis indagantes, diligenter inquirunt, an in diuitiis, vel honoribus, an in fama, vel gloria, ſue clara cum laude notitia, an in potestate, vel dignitate, an in voluptate, vel aliquo bono corporis, & tandem, an in aliquo bono creato, aut ſolum in boni in-creatī poffeſſione cōſtitutā: ita & nos perfectionis natūram (qua inchoata beatitudo eſt) inquirentes, accurate inuestigabimus, an in quibusdam mētis p̄claris donis, nimirum, an in gratiis gratis datis, an in consiliis Euāgelicis, an in p̄ceptis decalogi, an verò in aliquo alio ſit ipſa cōſtituta. Cuius tractationis hæc erit utilitas, ut cognoscentes perfectionis ſubſtantiam, & aliorum donorum (qua, aut instrumenta perfectionis ſunt, aut effectus, aut indicia) natūram veſtigant, illam, vt finem, & ſcopū conſeſtemur, hæc verò in ſuo ordine ſolum, ut p̄ſidia ad illum finem aſsequendum conſeruent, quæramus. Et quidem à gratiis gratis datis ſumimus tradiſationis initium, qua ſicut ignorantum oculis magis lucent, & clariū emicant, ita etiam magis à perfectionis natura atque ſubſtantia diſtant.

1. Cor. 12.

Has autem gratias Paulus his verbis enūmerat. Vnicuique datur manifestatio ſpiritus ad uilitatem: Alij quidem per ſpiritu datur ſermo ſcientiæ; alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum; alteri fides in eodem ſpiritu; alij gratia ſanitati in uno ſpiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituū; alij genera linguarum; alij interpretatione sermonum. Hæc autem omnia operatur unuſ, atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult.] Magna ſunt, & p̄clara iſta dona Dei, quibus ſancta Mater Ecclesia p̄dita, ſpiritu ſanctū habitatorem, & gubernatorem agnoscit. Nā talia dona ſupra natūram, & ſupra vires humani generis ſoluſ ille huic congregatiōni fideliū dare potuit, qui ſupra omnem natūram eſt, & omnium rerum, tam naturalium, quam ſupernaturalium habet potestatam. Magna, inquam, & p̄clara ſunt hæc, & ſuper aurum & argentum fideliū oculis pretiosa. Eſt enim ſermo ſapietia, quo aliqui Doctores Ecclesiæ, non ex literis, qua didicerūt (vt inquit Ambroſius) ſed coruſco ſpiritu ſancti res diuinæ, & ſempiterne, qua ſunt ſupra captiuum humanum, ad aliorum uilitatem explanant. Sermo ſcientiæ eſt, quo alij Ecclesiæ ſapientes, mores instruit, & quid in quonis ſtat, aut modo viuendi liceat, quid non liceat, quid bonum, quid malū ſit, & inter mala, quid leue peccatum, quidue graue crīme, ſtudio & labore diſcernunt. Fides eſt, non quidem illa manens affectio, omnium virtutum fundamentum, qua Deo per Ecclesiā myſteria reuelant, credimus; ſed aut ſermo clarus & perspicuus, res fidei imbecillioribus proponeſſus, & pufillis aperiens, ut Thomas Aquinas vult, aut quemadmodum Ambroſius, & Anſelmuſ interpretantur, constantia ad profiendam fidem, & coram principiis ſacculi, & in medio tormentorum confiſtant. Quam gratiā sanctus David illo carmine exprefſit. Loquebat de testimonio tuis in conſpectu regum, & non confundebat. Gratia ſanitati eſt, qua Dominus, vel ad cōfirmandam fidem, vel ad declarandam aliuius ſanctitatem, ægris, non mediocritatis adhibitis, ſed modo plane miraculoſo, & ſupra natūra, curationem afficit. Operatio virtutū eſt,

Amb. in

1. Corin.

12.

Thom.

Amb.

Anſel.

Ibid.

Pſal. 118.

A qua prodigia, & opera mirabilia patrat, ut cū Moſes iſtu virgæ, mare diuifit, vel Iofue imperio vocis ſue ſolem & lunam in caelo detinuit. Prophetia eſt, qua ex diuina reuelatione p̄terita, occulta pandit, p̄ſentia abſcondita aperit, & futura nobis ignota p̄dicit. Ad quam Thomas Aquinas raptum reuocat, quo nomine omnes extas, & alienationes a ſēſibus, ſue ex lucis excessu, ſue ex magnitudine de uotionis exortas, & vniuersas diuinæ reuelationes, & dulcedines ſpiritus, ac cōſolationes cœleſtes intellico. Discretio ſpirituū eſt, qua homo qualitatem ſecretorum cordis intelligit, & quid ſub ſpecie boni ſit, vel à proprio ſpiritu inuērum, vel à maligno ſpiritu immixtum, vel ſimpliciter bonū à Deo iuſsum, ut conſultum diſcernit. Donum linguarum eſt, cuius adiumento doctores linguis ignotis loquuntur, & aliena idioma, ut eis ad ministerium p̄dicationis veſtantur, non labore, & studio, ſed beneficio Dei omnipotentis intelligent. Quod Apoſtoli omnium nationum Patres, atque magiſtri, in ipſo ſpiritu ſancti ſuper illos aduenti, perceperunt. Neque enim ſine magno incommodo illos docere poſſent, à quibus non intelligerentur, aut quoram linguaſ ignorarent. Interpretatio ſermonum eſt, qua diuinæ ſcripturas ad confirmationē veritatis interpretamur, & abditos carum ſenſus, ſue historicos, ſue allegoricos, ſue morales, ſue anagogicos in mediū eruiimus. Cuius doni duplex eſt fructus. Alter, ut ignorantes doceat; alter, ut duros, & proteruos fleat, & ad bonū emolliat: propter quos fructus huic dono adiunctū eſt, ut auditores lectoriſve delectet. Sicut enim natura cibis, ſaporis ſuauitatem, ita gratia doctrina, dulcedinem vocis, & verborum decorum indidit, ne homines veritatem, ſicut cibum in ſulfum, & nullo ſale conditum horreant, quo mens ad vitam gratiæ, aut obtinendam, aut conſeruandam reficiat. Hæc igitur ſunt gratiæ gratis datae, qua fideles, p̄fertim Euāgeliū miniftri, exhortant, & apud populos illis honorem, & auſtoritatem conciliant, & ſenſim quamdam ingerunt opinionem ſanctitatis.

D Sed non in hiſ perfectionis ratio, natūraque confitit, neque continuo ſequitur. Ille eſt Doctoſ egregius, & ſcriba in lege doctiſſimus: ille eſt, aut prophetia, aut miraculorū effector: ille eſt eximiū terum cœleſtium contemplator, & magnarum conſolationum ſpiritualium uſceptor, ergo eſt vir ſanctus, atque perfectus. Nam ſi perfectus eſt (ut ſuperius diximus) cui nihil deeft; iſtis, qui p̄faciunt donis p̄aditi ſunt, ſi ea tantum habent, non ſolum aliqua ad perfectionem obtinendam, deſunt, verū etiam ſpiritualis vita deeft, & alia dona illaſtriora, nimirum virtutes ſolidæ, atque perfectæ deficiunt. Etenim poſſe iſta dona ſine vita ſpirituali, nimirum ſine gratia, & charitate ſubſtire. Dominus ipſe, non obſcuris verbis, ſed palam aperteque protestatus eſt, dicens: Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia cieciimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: Et tunc conſitebō illis, quia numquā noui vos. Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.] Quomodo perfectio vita ſpiritualis, in hiſ donis erit conſtituta, qua nec vitam ſpiritualem p̄aeſigunt, & in Deo mortuiſ, & gratia hoſtibus poſſunt inueniri? Iure profecto Dominus gaudium ex harum gratiarum poſſeſſione natum comprimit, & ex alia potiori cauſa, nepe ex vera virtute, atque ex eterna predestinatione latadū nobis eſſe pronunciat. Ecce (inquit) dedi vobis poſteſtate calcandi ſupra ſerpentes, &

ſcorpiones

Exod. 14.
Iofue. 10.D.Tho. 2.
2. q. 175.

Mat. 7.

Luc. 10.

scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur, gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in celis. O magna sapientia, a sapientibus, atque prudentibus seculi abscondita, & simplicibus ac parvulis reuelata! Quia nec diuites sunt prophetae, nec doctores, nec miraculorum patratores, nec diuinatrum illustrationum aut consolationum possesse, si non ultra progradientur, & in his tantum donis, gratissime consistat, sed diu es, qui sine his miserabilibus Deo placet, & veram virtutem, ac sanctitatem inquirit. Timeamus (ait Chrysostomus) maximamque curam sancte conuersationis ad amorem, nec putemus minus aliquid nos habere, quia nos modis signa non facimus. Nihil namque tunc nobis propter illa amplius redditur, sicut nec minus dabitur, qui signa non facimus, si utique omnibus ituduerimus abundare virtutibus. De mirabilibus liquidem non absque dubio debitores efficiemur Dei, pro bene autem acta vita Deum habebimus debitorem. Evidem optime. Nam si sanctitatis operibus premium mercede que decernitur, propter haec autem opera, licet mirabilia, si sola, & merito sunt charitatis vacua, nihil sumus recepturi, liquet, quia non in illis, sed in sancta, & secundum legem Dei Christiana conuersatione, sanctitas atque perfectio consistit. Haec profecto prona ac facilis est nobis caelesti praesidio munitis, neque quisquam est (vt iam ostendimus) ad eum vilis, aut imbecillus, ad eum impolitus, aut rufus, qui non possit ad perfectionem aspirare, & ad virtutis fastigium peruenire. At illa dona, non cuique facilia sunt, non in cuiusque potestate constituta, sed multis Ecclesiæ fidelibus, sine villa habitatione impossibilia. Rudis enim, quomodo mysteria caelestia pandet, & verba sapientiae, ac scientiae profundet? Idioti quanam ratione arcana fidei, & abscondita rerum supernaturalium exponet? Vocatus ad vitam communem, quo pacto, aut a grise subito sanitatem, aut aliis miraculosis functiones imperiet? Electus, vt sibi soli vacet, qua via per prophetam occulorum notionem aperiet, aut per discretionem spirituum cordis secreta rimabitur, aut per lingam omnibus nationibus in magistrum, & preceptorem dabatur, aut per sermonum interpretationem ad sacras Scripturas interpretandas euehetur. Ad ista querenda nullus incitat, licet quibusdam ob utilitatem aliorum gratis Deus, ac liberaliter tribuat, ad perfectionem vero consequendam nullus non a Domino permouetur. Quare Paulus his gratiis enumeratis non iubet vt eas, aut cupiamus, aut aemulemar: sed aemulamini (inquit) charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demastro. Non est haec alia nisi charitatis via, quam cuperem non est ambitiosum, quam aemulari non est periculosum, quam postulare non est inane, quia id cupimus, id aemulamur, id postulamus quo Deo vitiis iungimus, securè copulamur, & sine villa superbia, aut ambitione coharemus.

Hoc ergo querendum, hoc tota mentis contentione postulandum est, quod ad voluntatem pertinet, quod ad opus procedit, quod nos bonos, & sanctos facit; illæ vero gratiae, quæ sine ullis meritis in vsu Ecclesiæ conceduntur, intellectus perfectiones sunt, quare possunt intellectum illustrare, non autem nos ipsos, aut à virtutis alienos, aut virtutibus inabutus, aut Sanctos, atque perfectos efficere. Voco autem eas intellectus perfectiones, quoniam (vt Thomas Aquinas ait) ad docendum alios, & persuadendum, data sunt. Sermo enim sapientiae, & scientiae, & fidei principia

Chrys. hō.
2.5. in
Matt.

1. Cor. 12.

D. Tho. in
1. Cor. 12.
lect. 2.

A salutis nostra, & conclusiones inde deductas, siue ad res diuinas, siue ad humanas spectantes proponit Domum linguarum, & interpretatio sermonum propounded apte conceinné que declarat. Dona sanitatum, & miraculorum, & prophetia, & dilectionis spirituum, proposita, & declarata signis, que solus Deus cognoscere potest, efficaciter ac vere confirmant. At sanctitas, atque perfecta virtus, non in cognoscendo, & subtiliter disputando, sed in amando, & recte operando posita est. Quid enim refert vitorum malitiam, & virtutum decorum agnoscere, si nec illa fugias, nec istas amplectaris? Quid refert, Dei perfectiones, & legis sue puritate callere, si nec istam custodias, nec illas in proprio mente, precibus, desideris, & imitatione transfundas? Seruus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vaporabit multis. In igitur boni cognitione, sed bona operatio nos eternis plagiis eximit, & aeternis premiis dignos reddit. Et si non auditores legis iusti sunt apud Deum, que nomine Paulus omnes legem cognoscetes intelligit, sed factores legis iustificabuntur. Manifestum est, quia non in his, quæ intellectum condecorant, sed in his quæ voluntatem emundant, & opus exornant, nostra est virtus, atque iustitia. In quam sententia grauitate Augustinus ait: Neque enim perfectio in legum est notitia constituta, cum sit scriptum, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Neque enim, in qua, is religiosus, & sanctus est, qui nouit legem celsitudibus factis, cum expedit facere magis, quam docere. Quia molestum est docere, & non facere. Sanè valde molestum est, qui ardua, & difficultas perdiscit, qui ex exemplo magis volunt moueri, quam verbo, & impossibilia putant, que opus non ostenderit, & solus ieiunus sermo docuerit. Haec ergo dona, quæ aut intellectus honestat, aut hominibus nos mirabiles faciunt, cum voluntatem ipsam utique sanctitatis domiciliū non attingat, haudequaquam possunt sibi perfectionis nomine usurpare, aut sanctitatis appellationē assumere, que sola honorabilis est: doctrina vera, aut potestas edendi miracula, sine vera virtute, contemptibilis. Est namque verissima doctrina Gregorij, illa exponens quorundam prophetarum laudationem, quam supra retulimus. Nonne in nomine tuo prophetauimus, quod in hominibus charitatis humilitas, non autem debet virtutum signa venerari. Atque statim subdit. Probatio quidam sanctitatis non est signa facere, sed vnumquemque, ut se diligere, de Deo autem vera cognoscere, de proximo vero meliora quam de semetipso sentire. Nam quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, veritas demonstrat, quæ ait, In hoc cognoscet omnes, quia mei Discipuli estis, dilectionem habueritis adiuicem. Qui enim non ait: in hoc cognoscetur, quia mei discipuli estis, si signa feceritis, sed ait, si dilectionem habueritis adiuicem, aperte indicat, quia viros Dei famulos, non miraculas, sed sola charitas probat. Ex his verbis hoc clarissime elicimus, aut doctrinam, aut signa ex vera virtute, ac impolluta charitate, honorem, & venerationem accipere, & sine illa non tam honorem quam dedecus, & confusionem habere, quia decorum valde ac ignominiosum est, his præclaris donis a benignissimo Domino imbuī, & turpi vita, ac prauis morib[us] tam eximio beneficio respōdere. His ergo euidenter ostenditur, perfectione spiritualis vita, non a gratiis gratis coeclisis, sed ab alio, quod eas utiles & venerabiles fecit, omnino p̄dere. Cum enim ista gratia non semper Spiritum sanctum in homine illas habente, sed solum in Ecclesia commorantem

Luke. 12.

Rom. 2.

Aug. for.
3. de ver-
bis Domini.

Greg. lib.
20. mor.
cap. 9.

Ioann. 13.

*Aug. trac.
3.2. in Iod.
& D. Th.
1. cor. 1.2.*

ostendant, & non ad utilitatem signa facientis, aut docentis, aut prophetantis, sed ad utilitatem Ecclesie principaliter tribuantur (& quidem Augustinus, & Thomas Aquinas utrumque aiunt) consequens est, ut nequaque in illis perfectio collocata sit, quæ Spiritum sanctum, per charitatem hominis perfecti habitatorem facit, & primò, ac præcipue habentis emolumenatum, ac utilitatem intendit.

*Gre. hom.
29. in E-
uangel.*

*Aug. liber.
8.3. 22. 9.
2.9. 10. 4.*

A. 20. 9.

Luca 10.

*Bed. I. 3. in
Lucas ad
o. 10.*

*Cypr. ser.
de ieiunio
& terrena-
ante feste.*

Sed si in his gratiis, non est perfectio constituta, quoniam modo ipsa ad perfectionem pertinent? Ita sane, ut in quibusdam sint sanctitatis, & perfectionis indicia, in quibusdam sint sanctitatis instrumenta, in aliis vero iuda, atque sola ministeria. In sanctis, atque perfectis viris sunt sanctitatis indicia, quos Deus his mirabilibus operibus mundo manifestat, ut eos in magno pretio habeat, & regis regum amicos, & familiares agnoscat. Quod aperte testatur Gregorius, dicens: signa, atque miracula, sanctitatis quidem ostendere, non tamen facere.] Sic Deus sanctitatem Apostolorum, Martyrum, & confessorum, & virginum, aut Sanctarum mulierum miraculis, & signis confirmavit, & perfectionem Doctorum, & Pontificum, sermoni sapientia, & scientia, & fidei, atque discretione spirituum, & interpretatione sermonum aperuit, & breuiter, nunc isto nunc illo donorum genere amicorum suorum puritatem manifestauit. Et sicut reges terra, amicos suos honoribus, & diuitiis amplificat, & reliquis subditis suis, licet fidelibus, non tamen aequè dilectis, dignitate praeponunt, ita Deus in donis multo proficeret. Santos & perfectos viros interdum his donis nobilitat, & coram aliis non tam extraordinariae virtutis illustres facit, atque conspicuos. Sed idem non omnibus sanctis ita tribuantur (ait Augustinus) ne perniciösissimo errore decipiatur infirmi, existimantes in talibus factis maiora dona esse, quam in operibus iustitia, quibus aeterna vita comparatur.] O admirabilis sapientia, & bonitas Dei! que dilectissimos amicos suos, scilicet Santos, & perfectos viros semper maioribus bonis, nempe virtutibus implet, non tamen semper minoribus bonis, nimirum his gratiis, & donis honorat, ut & ipsi sui amoris verissima signa offerat, & toti mundo notionem verae virtutis, atque perfectionis relinquat.

In viris, neccum perfectis, & ad perpetuam felicitatem destinatis sunt haec dona, sanctitatis instrumenta. Nam in hunc finem Deus nonnullos incipientes, nec dum mundo mortuos, dono altissima contemplationis illustrat, & celestibus revelationibus stapefacit, ut eos, aut illius dulcedine ad se trahat, aut admiratione secretorum ad virtutem alliciat. Sic Saulum adhuc spirantem minarum, & cadiis in discipulos Domini, Dominus ipse splendore, è caelo delapo, & voce sua, qua eum corripuit, ab infidelitate remouit, & ad notitiam veritatis adduxit. Sic discipulos adhuc minus in virtute perfectos dono signorum faciendorum animauit. Nam & Dæmonia (inquieti) subiiciuntur nobis.] Hæc quidem non fuerunt in istis presentis sanctitatis indicia. Quam enim tunc sanctitatem habebat Paulus blasphemus, & contumeliosus, & persecutus Ecclesiam Dei? Quam insigne sanctitatem tunc habebat discipuli, qui (ut inquit Beda) Domino amabilitate arguerunt, eo quod in virtutibus a se factis, in fiera fide gauderent, & ut Cyprianus insinuat, de patratis miraculis se minus molestè facerent. Fuerunt autem sanctitatis adiumenta. Nam Paulus illa insigni revelatione conactus, infidelitatem deseruit, fiduci, collum mentis submisit, & ex rapacissimo lupo in mansuetissimum a-

Agnus est repente mutatus. Et discipuli infirmi sanguis mirabilibus a se editis roborati Christo constantius adhaerent, & eius cælestem doctrinam stabilius adamantur.

At in reprobis, gratia ista gratis data, nulla sunt ministeria, non in beneficium glorificationis eorum, sed in utilitatem Ecclesie, & profectum fidelium ordinata. Sicut enim Dominus Senacherib ovlus est ad panitionem, & eruditioem populi Iraelis, ad quam calcificationem faciendam, & robur affatum, virtusque concessit; & id audit. Vx Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Postquam vero illum in hoc munere occupauit, a se cu indignatione repulit, & æternis cruciibus puniendum tradidit. Nam cum implorauerit

I. 20.

Dominus omnia opera sua in moe Sion, & in Hierusalem, visitauit super fructum magnifici cordis regis Aislur, & super gloriam altitudinis oculorum eius.] Ita profus, quibundam reprobis potestate, aut doctrina, aut virtute faciendi miracula dignatis vtitur, ut lapsos corrigat, ignorantes erudit, fugitiuos trahat, infirmos, atque imbecillos confirmet, expleto vero sapientissima prouidentia ministerio, eos ob graui peccata, ob superbiam, ob intentionem solius lucri, aut hanis honoris preposteram, a se abiicit, & aduersario humani generis puniendos concedit. Solers, & indutrius agricultura vitibus fulcimenta coniungit, ne plus nimio ad terram depressæ, aut putrefactant, aut insuviorem fructum ferant, at vendemus facta, racemisque collectis fulcimenta cuellit, eaque vel in ignem mittit, vel tamquam ligna contemptibilia derelinquit. Ita Dominus diligens vineæ sue, hoc est, predestinatiorum agricola, eos donis quorundam reproborum, id est, sapientia, efficacia verbi, signis, facultatibus, & aliis huiusmodi sustentat, peracta vero vendemus, & suis in debitam perfectionis maturitatem adductis, reprobos, licet sapientes, licet loquaces, tamquam putrida ligna proiciet, & quasi nullis vobis apta, contemnet. Horum opera non sunt perfectionis propriæ signa, sed, aut Christi Salvatoris præconia, aut Ecclesie sanctæ subsidia. Vnde egregie Hieronymus: Prophetae, & virtutes facere & dæmonia efcere, interdu non cius meriti est, qui operatur, sed vel invocatio nominis Christi hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui invocant, & utilitatem eorum, qui videt, & audiunt, concedit, ut, licet homines despiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cuius invocationem sunt tanta miracula. Nam & Saul, & Balaam, & Caiphas prophetauerunt, nescientes quid dicentes, & Pharaos, & Nabuchodonosor somnis futura cognoscunt. Et in actibus Apostolorum filii Sæculæ videbantur efcere dæmonia: sed & Iudas Apostolus cum animo proditionis, malæ signa inter certos Apostolos fecisse narratur.] Sunt hi similes Gabronitis, quos Iosius Israëlitarum Imperator secum reseruit, ut in ysum vniuersæ multitudinis ligna cedat, aquaque comportant. Sic enim Dominus venus utique Ecclesia Imperator, & dux, aliquos reprobos sustinet, & inter electos suos manere permittit, ut acceptis donis, atque talentis, fidelium multitudinem iuuent, & suis verbis occasio amoris offerat, & sapientiae aquam effundant. Quibus tamen haec obsequia nihil proderant, si vitam non mutent, & Dei iussa, & imperata non seruent. Ne ergo putemus nos perfectionem consequatos, si aliqua in nobis, aut sermonis sapientia, aut scientia, aut aliorum, dona viderimus, quia sicut ignis solet ardere, & lucere in spinis: ita haec beneficia diuina solent in malis ac reprobis miranda operari. Non est itaque

*H. 1. in
Mat. ad c.
7.*

*L. reg. 10.
Num. 23.
Ios. 1. 1.
Gen. 4. 1.
Dan. 2.
Act. 19.*

Iose. 9.

in his

in his gratiis ac donis constituta perfectio, quam illi soli possident, qui Dei amicitiam adepti, ad insig- nem quendam mentis puritatem seipso vincen- do, & diuina mandata custodiendo perueniunt.

*Perfectionem non esse positam in con-
siliis Euangelicis.*

C A P V T V.



APIENTIA ubi inuenitur (scribit sanctus Iob, perfectionis sedem, ac domicilium inquirens) & quis est locus intelligentiae? Vera namque sapientia, est perfectae virtutis cognitio efficax, qua bonorum operum actionem paret, & vera intelligentia, sanctitatis notitia, que vsque ad eius amore, & conatum assequendi procedat: huius locum in gratiis gratis datus, ne cum inuenimus, pergamus igitur locum huius pretiosarum margaritarum inuestigare, & an forte in consiliis Euangelicis sit, diligenter inquirere. Consilia autem sunt, (vt ex Augustino colligitur) quae ad salutem eternam consequendam, licet necessaria non sint, tamen utilia, & proficia, ad hanc salutem facilius, & melius parandam hominibus consuluntur. Quae in hoc a preceptis inueniuntur distincta, quod illa in nostra libera voluntate sunt posita; hac astringunt nos aliquid agere, vel ab aliquo cauere, si nolumus a Dei amicitia, & a cælestis premij iure decidere. De illis dicitur: Qui potest capiat: Et, De virginibus preceptum Domini non habeo, consilium autem do: Et, si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, que habes, & da pauperibus. Et, qui vult venire post me, abneget semet ipsum. De ipsis vero non dicitur, qui potest facere, faciat; sed nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et, omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et nolite errare; neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Præceptum est via arcta, & angusta, qua pergentes tandem peruenimus ad patriam: Consilium est compendium viae arctius & angustius, quod breuius & feciūs dicit ad vitam. Præceptum est vita, Nam considera (inquit) quod proponuerim tibi vitam, & bonum, & cœtrario mortem, & malum. Iper vitam & bonum, præceptorum custodiā, & per mortem & malum, eorum transgressionem intelligens. At consilium, est meditamentum quo conservamus vitam, in illa promissione signatum (vt Augustinus ait) quia misericors Samarita se postea rediturum, & quod ad curacionem vulnerum ab stabulario superrogatum esset, magna aseueratione redditum promisit. Denique præceptum vniuersis seruādum sub pena intermissione proponitur; consilium omnibus libere amplectendum sub spe amplioris merceris ostenditur, ad quod multi se votu, & promissione obligantes, iam sibi ad maius meritum mandatum faciunt, quod ante vorum, & promissionem mandatum non erat, sed famulatus indebitus, dicente Dominu, Vouete, & reddite. Et rursus alio loco: Multo melius est non vouere, quam post votum protinus non teddere.]

Consilia autem Euangelica multa sunt, quæ hoc loco enumerare non attinet: sed eorum tria sunt præcipua, & ad substantiam status religiosi pertinētia. Alterum est paupertatis, & abdicationis omnium rerum temporalium, quo nudi, & expediti Chri-

stum sequimur. Cuius observationē Apostoli Christi complexi de præmio tanti laboris interrogat, dicentes? Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Alterum est castitatis, quo omnia illa carnem domatia, vt ieunia, vigilias, flagra, sarcum, & alia similia complectimur. Hæc enim necessaria sunt, vt carnis & cordis puritatem seruemus, & sumus ex illis, qui semetipsos castraverunt propter regnum cœlorum.] Tertium est obedientia, quo propriam voluntatem abnegamus, & nos, & omnia nostra Praeliati voluntati subiicimus, vt imitemur illum, qui non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem patris sui, qui in celis est. In his consiliis, & generaliter in omnibus aliis, que consilij tantum, & non precepti nomen habent, non est secundum substantiam constituta perfectio. Nam perfectio finis est spiritualis vita, quam omnibus huius vita muneribus comparare contendimus, quare à Salvatore nostro tamquam finis, & scopus adolescenti proponitur. Si vis (inquit) esse perfectus, vade, & vende, que habes. Ac si dixisset, si non modicitate communis vita contentus, ad finem totius legis, scilicet, ad perfectionem aspiras, perfectio impedita remone, diuitias & opes derelinque, quibus solitus scopus tibi præfixum perfectæ virtutis comparabis. Consilia vero non sunt finis, sed instrumenta virtutis, quorum adiumento ad finem peruenimus. Neque enim diuitias spernimus, delicias fugimus, voluntatem propriam abnegamus, vt scimus tantum horum bonorum à natura cœcessorū expertes capere, sed ne eorum possessio nos remoretur à melioris boni assequitione. Hoc igitur bonum, cuius gratia minora bona deserimus, & non consilia deserendi illa bona, erit nostra mēris perfectio. Augustinus certe sine villa habitatione fatetur, consiliorum custodiā, non esse finem spiritualis vita, sed medium, aut instrumentum, quo assequimur finem. Quæcumque (inquit) mandat Deus, ex quibus unum est: Non māchaberis] & quæcumque non iubetur, sed speciali consilio monetur, ex quibus unum est: Bonum est homini mulierem non tangere, tunc recte sunt, cum referatur ad Deum, & ad diligendum proximum propter D. um. Et Ioannes Calvini eidem sententia subscribens, consilia cū instrumentis alii artis confert, quæ non sui ipsorum gratia, sed finis artis causa parantur, Eius verba sunt. Ob hoc quis vtenilia cuiuslibet artis instruere sibi met, ac præparare festinat, non vt ea possideat otiosa, nec vt emolumēti illius fructū, qui speratur ex ipsis in nuda instrumentorum possessione constituantur, sed vt eorum ministerio peritiam, finēque illius disciplina, cuius hæc adiumenta sunt, efficaciter apprehendat. Igitur ieunia, vigilæ, meditatio scripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultū, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt, quia non in ipsis consiliorum discipline illius finis, sed per illa peruenitur ad finem. Cū ergo nullius disciplina perfectio in ipsis artis, aut discipline instrumentis consistat, liquet, quia perfectio spiritualis vita, non in consiliis Euangelicis, quæ instrumenta sunt sed in aliquo alio, cuius gratia instrumenta queruntur, debet esse constituta.

Perfectio enim (vt optimè Thomas Aquinas annota uit) illa est, quæ secundum naturam suam mētem nostram Deo, optimo fini coniungit, consilia vero non sunt talis naturæ vt nos Deo iungant, sed vt à vinculis creaturæ, quod ad istam coniunctionem assequendam curramus, expediant. Cui namque res temporales abiicimus? Né gressus nostros ad Deum suis implicationibus teneant. Cur illecebras carnis

Matt. 19.

Matt. 19.

Ioan. 6.

Matt. 19.

Aug. in
enchorid.
c. 121.

Cassia. col.
I. c. 7.

D. Tho. 2.
2. q. 184.
ar. 1. c. 3.